

Pars prima de vniuerso.

uens et omni parte homo non corpus habet extra et cor intra minime suo corpore pene inco^mparabiliter corpus autem maius ipso corde econtrario atque se habet omne sive mundus cor enim habet maximam partem in totalitate sua iam autem didicisti quia cor vas est et receptaculum proprium et vita et vitalium et etiam sedes est seu solium ipsius anime totum residuum regentis et administratis. Sic celum ultima ea que maxima vitalia sunt in mundo seu vniuerso continere necesse est et eis creatori sedem ac solium vniuersum regentis et administratis. et hic est sermo qui sepe a prophetas legis ex persona eiusdem. Celum sedes mea et in celo sedes eius et quoniam de gloria eius ad dignum locum sunt celum sedes eius esse dixerunt sicut narrat Aristoteles in libro celi et mundi. Sedem autem indubitanter necesse est esse getam ac stabilissimam. Est igitur celum empireum velud amictus splendoris totius mundi et velud tectum pulchritudinis palaci palacij dei ac dominatoris omnium seculorum. et velud operimentum speciosissimi templi ipius quod utique totus mundus est et est habitaculum glorie ipsius penetrare ac intimi iuxta quod predixi tibi quia quod ertimum est in mundo hoc est intimum ac nobilissimum in eodem et alia compatione vel sacrum est in eodem templo quod est mundus. Sacrum inquit continens et recipiens quemque in toto vniuerso sancta vel sacra sunt et dignitate tam nobilis habitaculi digna. et ipsum est celum quod celat et protegit omnia et visibilia quae inuisibilia et propter hoc potissimum celi nomine dignissimum. Quod sensisse videtur qui dicit quia celum est continentie visibilium et inuisibilium istud celum est domus dei uberrima a cuius ubertate inebriantur omnes qui in ea sunt et de cuius plenitudine instar tenuissime atque rarissime irrorationis in ista regione inferiore aspergit. Ipse est civitas quam summis imperiis letificat quam torrens voluptatis spiritualis in effabilis repletus iurta sermones prophetarum a quorum fide et veritate suadeo tibi quoniam possum in nullo recedere. Quoniam autem istud est purum ac nobilissimum substantiarum habitat. id est est ordo substantiarum quod et locorum seu habitationum eorum sequitur est ut quemadmodum ille prime sunt inter substantias sic habitatione earum prima inter habitationes ordine nature quare sicut ille primo creande fuerint inter substantias. Sic et habitatione earum inter habitationes

Quare certi illud creandum fuit inter celos et locus ille primo creandus inter loca. Ampliciter si mundus est velud domus regia habens omnes sibi congruentes officinas In domo autem regia principalis portio aula est seu palacium et propter hoc primo edificanda. Deinde aliae officinae tandem appendentes ei et non existentes nisi propter illam manifestum autem est quod celum istud omnium partium mundi amplius est atque pacius et propter hoc aule vel palacij nomine inter partes mundi solum dignum. Primo igitur edificandum fuit ab ipso rege cuius aula vel palacium est. Deinde aliae partes mundi tandem domus istius regie varie officine. Eo autem ordine quo palacia regibus aliis edificantur. Primo igitur creatum fuit quantum fuit de ordine nature. Sed ut iam dixi solum creari non potuit quod intra ipsum fuisse vacuum si solum creatum esset. quare creata fuit cum eo terra tandem ei posteriori ut in sequentibus dicatur. Qualiter autem creatum fuerit istud celum uno verbo expedio quia non per corruptionem alterius. Alioquin iret res in infinitum iuxta errorum aristotilis qui per hoc praecepit intendit generationem et corruptionem eternas esse. hoc est non habuisse inicium. Quare creatum simul fuit in sua materia et forma id est materia eius et forma simul create sunt altera in altera vel sub altera. Post ipsum vero et sub ipso situm et loco creata est materia aliorum generandoque hoc est celorum et duorum elementorum que sunt ignis et aer. Vegetabilium omnis et animalium et aliorum generarum hec ergo materia fuit aqua iuxta nominacionem prophetica et reuera aqua omnis est elementorum generationi aptissima ita quod ex ea sola videntur fieri generationes omnes vegetabilium sola enim corruptitur et consumitur in generatione vegetabilium quodcumque et quoniamque fruges ex agro alicuius generantur. terra agri in nullo minitur quantitate. Ad hunc modum inuenies et de machinis vegetabilibus se habere. quoniam cuncte enim silvae ex mortibus orientis motes in nullo per hunc generationem minuerunt quod euidentissimum est in silvis cedris et etiach interratis. Redeuntibus enim illis per generationem vel excrescentibus. non inuenies innutram quantitatem terre. Inuenies autem ipsas manifeste crescere quocadmodum si vas certe quantitatis terra repleueris et in eo aliud plantaueris vel seminaueris aqua irrigantem sive pluvialis sive aqua manifeste viv-